



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XXI. [i.e. XXX.] Indultum de celebrando festo, & recitando Officio Sancti  
Didaci Confessoris die 13. Novembris, ob impeditam diem 12. ejusdem  
mensis, in quo idem festum, & Officium celebrari, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

XXIX.

Concessio , & extensio Indulgentiarum Confratribus , & Confororibus Confraternitatum Sanctissimi Rosarii concessarum , ad omnes etiam non Confratres , aut Conforores , dummodo Missa , & Processioni de Rosario celebranda , & quolibet mense facienda interfint .

Plures Summi Pontifices Indulgencias similes huic Confraternitati concederunt , ut videre poteris in Repertorio verbo Confraternitas Rosarii .

Edita An.D.  
1671.

## C L E M E N S P A P A X .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Celestium munerum Thesauros , quorum dispensationem humilitati nostrae commisit Deus fidelis , prudentiae liberalitate libenter erogamus , sicut pia sublimum personarum regali fastigio , ac multiplici virtutum decoro splendentium , eximiaque in Nos , & hanc Sanctam Sedem devotione conspicuarum vota postulant , & Nos ad augendam , fovendamque fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur .

Supplicatio.

¶ 1. Itaque piis , & devotis Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholicorum , ac Charissime in Christo filiae nostrae Marianna earumdem Hispaniarum Reginae Catholicae Vidua ejus genitricis , nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia Ducem Segorbiam , & Cardona Regni Neapolis Proregem , ac dicti Caroli Regis apud Nos , & Sedem Apostolicam Oratorem ad praestandam Nobis ejusdem Caroli Regis nomine obedientiam missum humiliter porrectis supplicationibus paterno affectu annuere cupientes , ac de Omnipotentis Dei misericordia , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi , omnibus , & singulis Sacerdotibus secularibus , vel regularibus , quibus Missam de Sanctissimo Rosario juxta Constitutiones , & Decreta dicta Sedis celebrare licet , Missam hujusmodi de cetero celebraturis , nec non omnibus , & singulis Fratribus , & Monialibus , etiam Tertiariis Ordinis Prædicatorum , seu Sancti Dominici , ac Confratribus , ac Confororibus quarumcumque Confraternitatum ejusdem Sanctissimi Rosarii , tam hactenus erectarum , quam in futurum quandocumque erigendarum , & ubicumque locorum existentium , qui verè poenitentes , & confessi , vel saltem confitendi propositum habentes Missas de Rosario hujusmodi , ut præfertur celebranda de votè interfuerint , ibique pro Christianorum Principium concordia , hæresum extirpatione , ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint , qua vice id egerint , ut omnes , & singulas Indulgencias , & peccatorum remissiones , ac poenitentiarum relaxations consequantur , quas Confratres , & Conforores dictarum Confraternitatum totum Rosarium recitando ex concessione dictæ Sedis consequuntur , auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus , & indulgemus .

Innovat ,  
& confirmat ,  
prout in  
Rub.

Præterea omnibus , & singulis præfatis , qui Missam de Rosario sicut præmititur celebrare , vel audire consueverint , si verè poenitentes , & confessi ac Sacra Communione refecti , ut præfertur oraverint , ut quolibet mense easdem pariter Indulgencias , ac peccatorum remissiones , & poenitentiarum relaxations consequantur , quas consequuntur Confratres , & Conforores præfatarum Confraternitatum , qui processioni Sanctissimi Rosarii hujusmodi prima Dominica cujuslibet mensis intersunt ; utque omnes , & singulæ Indulgencies , ac peccatorum remissiones , & poenitentiarum relaxations hujusmodi animabus fidelium defunctorum , quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii appli-

cari possint , auctoritate , & tenore præfatis concedimus pariter , & indulgemus .

¶ 2. Non obstantibus nostra , & Cancelleria Apostolica Regula de non concedendis Indulgencias ad instar , alisque Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ceterisque contrariis quibuscumque . Præsentibus perpetuis futuris temporibus valutur .

¶ 3. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis , seu exemplis etiam impressis , manu aliquius Notarii publici subscriptis , & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis , eadem prorsus fides habeatur in Judicio , & extrâ illud , quæ ipsis præsentibus haberetur , si forent exhibitz , vel ostensæ .

Datum Roma apud S. Mariam Majorem , sub Annulo Piscatoris , die 16. Februarii 1671. Pontificatus Nostræ Anno Primo .

Indulxit de celebrando festo , & recitando Officio Sancti Didaci Confessoris die 13. Novembris , ob impeditan diem 12. ejusdem mensis , in quo idem festum , & Officium celebrari , & recitari consueverat .

*Sanctorum Catalogo adscriptis Didacum , eique Officium , & Missam decrevit Sextus V. Conf. 82.*

## C L E M E N S P A P A X .

*Ad futuram rei memoriam.*

CUM sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum , Nobis nuper exponi fecit , dudum fel. rec. Sextus V. & Clemens VIII. Romani Pontifices prædecessores nostri Officium , & Festum Sancti Didaci Confessoris dicti Ordinis professoris quotannis die 12. Novembris celebrari , & recitari concederint , prout in eorum litteris desuper expeditus uberioris continetur ; dicta vero dies 12. Novembris officio Sancti Martini Papæ , & Martyris impedita reperiatur . Nobis propteræ dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit , ut in præmisso opportunè provide , & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur .

¶ 2. Nos igitur ad ea , quæ Sanctorum venerationem concernunt favorabiliter intendentes , ac prædicti Procuratoris Generalis votis hac in re , quantum cum Domino possumus , benignè anuere volentes , eumque à quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & penitentiæ jure , vel ab homine quavis occasione , vel cœla latissi , si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes , & absolutum fore censentes . Necnon prædictorum Sixti , & Clementis prædecessorum literarum hujusmodi tenores præsentibus pro plenæ , & sufficienter expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati , ut de cetero festum , & Officium Sancti Didaci Confessoris annis singulis die decima tertia ejusdem mensis Novembris sub ritibus , & formis , ac à personis , quibus id per litteras prædictas concessum fuit , & alias in omnibus , & per omnia juxta earundem literarum formam , & tenorem celebrari , & recitari respectivè liberè , & licetè possint & valeant , auctoritate Apostolica , tenore præsentium concedimus , & indulgemus .

¶ 3. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas , validas , & efficaces existere , & fore , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis ad quos spectat , & pro tempore quandcumque spectabit , plenissimè suffragari .

*S. 4. Sic-*ANNO  
1671.Contratis  
derogat.Transump-  
rum fides.Dat. P.A.  
die 16. Fe-  
bruarii.

XXI.

Edita An.D.  
1671.Cœla in  
dulti.Indul-  
tum  
de quo in  
rubrica.Clausule  
præservati-  
væ.

A N N O

1671.

Clausula sublata.

Contrario-  
rum deroga-  
tio.Transfum-  
ptorum fides.Dat. P. An. I.  
die 27. Febr.

XXXI.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque Ju-  
dices Ordinarios, & Delegatos etiam Caſarum  
Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri  
debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à  
quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contingit attentari.

§. 5. Nou obſtantibus, quoad eas, quæ præſen-  
tibus ſunt contraria prædictis Sixti, & Clementis  
prædeceſſorum literis, nec non omnibus, & ſinguliſ illis, quæ in eis conſeſſa ſunt non obſtare,  
cateriſque contrariis quibuscum.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præſentium  
literarum tranſumptis etiam imprefſis, manu alicuiſ Notarii publici ſubscriptis, & ſigillo perſona  
in Ecclesiastica dignitate conſtituta munitis eadem  
ubique fides adhibeatur, quæ præſentibus adhi-  
beretur, ſi forent exhibita, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris, die 27. Februarii 1671. Ponti-  
ficatus Noſtri Anno Primo.

Confirmatio Constitutionem Pii IV. & Gregorii  
XIII. de penis Monachis Montis Oliveti, Or-  
dinis Sancti Benedicti infligendis, qui munus Ab-  
batis poſtulant, aut ad idem, vel alia munera  
publica per favores Principum, aut aliorum  
aspitant.

*Ne plures dicta otiosæ repetam, vide, que annota-  
ta ſunt ad Conf. 17. Ecclesia infra hujus Pontificis.*

Edita An. D.  
1671.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Supplicatio.

Exponi Nobis fecit dilectus Filius Procurator  
Generalis Congregationis Montis Oliveti  
Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, quod licet  
per Constitutiones dictæ Congregationis ca-  
veatur expreſſè, ut qui munus Abbatis poſtulaverit,  
eo conſeatut ipſo jure exclusus, ſimiliter & ii, pro qui-  
bus poſtulatum fuerit, in penam inhabilitationis in-  
currant, juxta quasdam fel. record. Pii Papa Quar-  
ti Prædeceſſoris literas in forma Brevis die 2. Junii  
1565, expeditas, multaque alia in dictis Constitu-  
tionibus ad excludendum ambitum disponantur;  
Et in eisdem Constitutionibus inſerta reperiuntur  
quædam rec. mem. Gregorii Papa XIII. prædeceſſo-  
ris noſtri Literæ, quarum initium, *Cum nihil ita  
alienum &c. per quas sub pena excommunicationis  
ac privationis officiorum, perpetuæque ad illa in-  
habilitatis prohibetur cuicunque Monacho cu-  
jusvis gradus, & præminentia exiftat, ne favors  
exterorum ac Praelaturas, aliaev quæcumque ma-  
jora, vel minor d. Congreg. munera affequenda  
procuret. Nihilominus nonnulli ejusdem Congre-  
gationis Monachi, & Abbates aditum ſibi ad Prae-  
laturas, & munera publica Congreg. hujusmodi  
exteriorum favoribus facere fatigunt, non sine ma-  
xima ipsius Congreg. perturbatione. Quare dictus  
Procurator Generalis de consilio, & affensu dilecti  
filii noſtri Cæſaris tit. SS. Quatuor Coronatorum  
S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fachenetti nuncupati,  
& Congregationis prædictæ apud Nos, & Se-  
dem Apoſtolicam Protectoris, Nobis humiliter  
ſupplicari fecit, ut in præmissis opportunè provi-  
dere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſto-  
lica dignaremur.*

§. 2. Nos igitur considerantes, quod nemo de-  
bet ſibi aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo  
tanguam Aaron, ac proinde ambitionis hujus-  
modi pernicioſum malum à prædicta Congrega-  
tione omnino excludere cupientes, dictumque  
Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus,  
& gratis prosequi volentes, & à quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & interdiſti, aliisque  
Ecclesiasticis ſententiis, censuris, & penis à jure,  
vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latiſ,

ſi quibus quomodolibet innoſatus exiſtit, ad ef-  
fectum præſentium dumtaxat conſequendum,  
harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cen-  
ſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, Con-  
ſtitutiones memorata Congregationis ad excluden-  
dum ambitum, ſicut præmititur factas, nec-  
non prædictas Pii, & Gregorii prædeceſſorum  
literas Apoſtolicas auctoritate tenore præſentium  
conſirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis  
Apoſtolica firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Ut autem præmiffa firmius, atque invio-  
labilius obſerventur; Volumus ut dilecti filii mo-  
derni, & pro tempore exiſtentis Abbas Generalis,  
& alii ex Definitorio, ac Procurator Generalis di-  
& Congregationis penas in Constitutionibus, &  
literis ſicut præmititur, conſirmatis, & innova-  
tis impositas contra transgreſſores irremifibiliter  
exequantur, alioquin ſi ea in re negligentes fue-  
rint, poſquam eis clare conſitterit, ambitiosos  
hujusmodi Monachos, vel Abbates favors extra  
eandem Congregationem procurasse, penam  
privationis fuorum reſpectivè officiorum eo ipſo  
incurrant.

§. 4. Decernentes eadē præſentes literas,  
ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & for-  
re, fuoſque plenarios, & integrōs effectus fortiri,  
& obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro  
tempore quādūcumque ſpectabit, inviolabiliter  
obſervari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Ju-  
dices ordinarios, & Delegatos, etiam caſarum  
Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri  
debere, ac irritum, & inane, ſi fecus ſuper his à  
quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoran-  
ter contingit attentari.

§. 6. Non obſtantibus Constitutionibus, & or-  
dinacionibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus  
ſit dictæ Congregationis, etiam juramento, con-  
firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia  
roboratiſ ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contra-  
rium præmissorum quomodolibet confeſſis, con-  
ſirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſinguliſ  
eorum tenores pro plenè, & ſufficienter  
exprefſis, ac de verbo ad verbum insertis haben-  
tes, illis alia in ſuo robre permaniſrus, ad præ-  
missorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter,  
& expreſſè derogamus, cateriſque contrariis qui-  
buscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præſen-  
tium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam  
imprefſis, manu alicuiſ Notarii publici ſubscriptis,  
& ſigillo perſona in dignitate Ecclesiastica conſtitu-  
tute munitis, eadem prorufus fides in iudicio, &  
extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhibe-  
tur, ſi forent exhibita, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub  
Annulo Pifcatoris, die 27. Febr. 1671. Ponti-  
ficatus Noſtri Anno primo.

Indultum pro creatione duodecim Abbatum ti-  
tularium Abbat Generali una cum Definito-  
rio Congregationis Ordinis Sancti Benedicti  
Montis Oliveti confeſſum.

## C L E M E N S P A P A X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ex commiſſe Nobis divinitus dispensationis  
officio cupientes ut debitus virtuti honor in  
Congregatione Monachorum Montis Oliveti Or-  
dinis Sancti Benedicti rependatur, ac ipsius Con-  
gregationis Monachos, ut in vinea Domini ſtre-  
nuē laborare ſtudent, aliquo honorificentia  
premiō incitare, nec non dilectum filium Procu-  
ratores generalē dictæ Congregationis ſpecia-  
libus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à

339 ANNO

1671.

1671.

Præceptum  
de obſervan-  
do.Clausula  
prefervati-  
væ.Clausula  
ſublata.Contrario-  
rum remo-  
tio.Transump-  
tum fides.Dat. P. An. I.  
die 17. Febr.

XXXII.

Edita An. D.  
1671.

Exordium.